

p. 319. et Steph. Evod. *Asser-
manus in Prolegom. T. I. Opp.
Ephr. edit. Rom. supracit.*

CCLXXI.

R. 3089 Codex membraneus lat. Sec.
XII. et XIII. Folior. 70. 4. maj.
prioribus partibus elegantius scri-
ptus, rubricis, et loco suo multis
Schematibus illustratus, olimque
Pomerij Montis, seu *Baumgar-
tenbergae* Ord. *Cist.* initium ita
ducit: *Incipit liber effrem diaconi
de compunctione cordis.* Pia hujus
Syri Opuscula, qui post Sec. IV.
medium inclaruit, mature Occi-
denti versionis ope cognita fuisse,
vel Codex hic *Vincentio Bellovac.*
qui eorum quaedam commemorat,
vetustior evincit. Non igitur *Am-
brosius Camaldul.* cujus versiones
Florentiae 1481. bellissime *f. min.*
impressae mihi adjacent, primus
interpres fuit. Splendida Operum
omnium *Ephraemi* Editio *Roma-
na* cum graeco-tum syrolatina est,
de qua dixi Cod. praeced. ad
quam exegi Codicem. Liber, cu-
jus titulum jam dedi, incipiens:
Dolor me compellit hęc edicere
&c. ibi T. I. p. 40. inscribitur
Sermo Asceticus, atque indivisus
decurrit; nobis vero fol. 19. *Ex-
plicit liber primus. Incipit secun-
dus* ab his verbis: *Uenite karissi-
mi. uenite patres et fratres* &c.
quae non habentur in Editis, sed
eorum loco post asteriscum: *Sobrii
igitur simus et vigilemus* &c.

Fol. 23. p. 2. *De iudicio dei
et resurrectione et de regno celo-
rum et mundicia anime.* Initium:

*Gloria omnipotenti Deo qui os no-
strum superno nutu aperuit. Ut E-
dit. T. III. p. 553.*

Fol. 27. p. 2. *De beatitudine
anime.* Initium: *Beatus, qui odio
habuerit hunc mundum &c. T. I.
p. 292.* hi *Μακαρισμοι* inscribun-
tur *Beatitudines aliae.*

Fol. 30. *De penitentia.* Initi-
um: *Dominus noster Ihesus Chri-
stus qui descendit de sinu patris &c.
Ut T. I. p. 148.*

Fol. 33. *De luctaminibus.* Initi-
um: *In luctaminibus huius seculi nul-
lus sine agone &c. Ut T. III. p. 557.*

Fol. 36. p. 2. *De die iudicii.*
Initium: *Uenite dilectissimi fratres.
exhortationem meam suscipite. et
semper mementote &c. Ut T. II.
p. 50.* Atque de haecenus adlatis
nemo in jus vocabit *Ephraemum.*
Alia sequentium est ratio.

Fol. 40. p. 2. *Ammonitio per
quam docemur ut cogitationes tur-
pes debeamus fugere. et eas quę
sanctę sunt cum dei adiutorio in
corde seruare.* Initium: *In scriptu-
ris sanctis fratres karissimi legimus.
quia eos qui de anime salute solli-
citi sunt cogitatio sancta custodiat
&c.* Unum aliquem e Sermonibus
ad *Eremitas Augustino* subpositis
legere te putes. Interim *Trithemii*
tempore *Ephraemo* tribuebatur,
ut vides de *Scriptt. eccl. n. 78.*
Ignorarunt id *Mauriani*, qui T.
V. *Augustini Append. col. 525.* ad
Caesarium referunt.

Fol. 42. p. 2. *Ammonitio per
quam suadetur ut omnis populus
donec diuina mysteria celebrantur
in ecclesia expectet.* Initium: *Rogo
vos fratres karissimi et paterna
pietate*

pietate commoneo. ut quociens aut in die dominico &c. Et hanc dat Tritbemius Ephraemo; Mauriani vero nulla ejus facta mentione Caesario T. cit. Append. col. 468.

Fol. 44. p. 2. Quid interfit inter illam penitentiam quae cum bonis operibus semper agitur. et illam quae in infirmitate uel sine uite accipitur. Initium: Multi de fratribus uel filiis nostris solliciti sunt. utrum omnis homo in infirmitate &c. Nihil de hoc Sermone Tritbemius; Maurianis Append. cit. col. 419. Caesarianus est. Decideretur lis, si III. hi Sermones lingua Syra aut Graeca reperirentur. Interea maneant Caesario communi omnium Sermonum dubiorum perflugio, utut Miniator noster ad eorum calcem signaverit: *Explicit liber effrem.*

II. fol. 47. praemisso Schemate digitali Tonorum paullo serius adpieto Incipiunt capitula in musica. At cujus? Theogeri ex Abbate S. Georgii in Silva Nigra Episcopi Metensis, quam sedem a. 1118. deseruit ad Cluniacenses digressus. Edidit illam mihi, dum viveret, perquam addictus Mart. Gerbertus D. Blasii in eadem Silva Abbas, S. R. Imp. Princeps inter Scriptores Eccl. de Musica T. II. p. 182. Et Textus quidem noster Eeditis probe consonat, sed, ubi illa finiunt: *usus vero observandus; addit noster: et iterum: Oportet nos analogiam scire preceptorum. usum tamen obseruare. Item addit exempla autentici et plagalis cantus.*

III. fol. 53. p. 2. Incipit registrum tonorum secundum praedicta abbatum. Ottonis Cluniacensis. Bern. (onis) augensis. Willabelmi birsaugensis. Gwidonis (Aretini) monachi. Omnes hi Autores adfunt in praedicta Collectione, atque ex eorum Praeceptis hic recensentur VIII. Toni, videlicet: *Autenticus protus, Plagalis protus, Autenticus deuterus, Plagalis tritus, Autenticus tritus, Plagalis tritus, Autenticus tetrardus, Plagalis tetrardus*, singulique exemplis ex Officio ecclesiastico illustrantur.

IV. fol. 58. De diuisione fistularum organalium. Deprompta sunt haec e Musica Aribonis Scholastici Sec. XI. Scriptoris, quam apud laudatum Gerbertum habes T. II. p. 197. Sunt vero §§. ibi inscripti: *Antiqua fistularum mensura, quae intenditur. Nova fistularum mensura, quae remittitur. Aribunculina fistularum mensura. Organica dispositionis mensura. Qualiter ipsae congruenter fiant fistulae.* Sed postremi duò in Codice transpositi sunt, eosque sequitur §. *De simplici cymbalorum mensura &c.* qui in Eeditis p. 221. cunctos adductos antecedit. Hunc continenter excipit §. *Quomodo organice moduletur*, qui incipit: *Qui organalem scientiam cupit attingere, scire debet, quod omnis cantus in organis inter septem arceatur discrimina vocum &c.* et apud Gerbertum frustra mihi quaesitus est. Neque inveni Carmen de Doctrina Troporum systemati quadrilineari et notulis musicis illigatum, quod ita init:

Quam-

*Quamuis mille modis tropi varientur in odis,
 Ocho modis tantum fit continuatio uocum,
 Vt series horum depromit uersiculorum.
 Quando C B sociatur in cantu hymna uocatur &c.*

Et finit tertio folio:

Tot uicibus uariis cantus discernitur omnis.

V. folio 63. manu Sec. XIII. *ἀνεπιγχαφως* sequitur *Guidonis*, seu *Widonis Aretini* O. S. B. Monachi, qui Sec. XI. floruit, *Micro-*

Gymnasio musas placuit reuocare solutas &c.

et Epistola ad Episcopum suum *Theodaldum*, *Teudaldum*, nobis *Thealdum*: *Diuini timoris totiusque prudentie fulgore clarissimo &c.* prout extat in *Collezione Gerbertiana* T. II. p. 2. Et Exemplar quidem nostrum variis locis imperfectius deprehendi, et praecipue carens C. ultimo: *Quomodo Musica ex Malleorum sonitu sit inventa*, cuius loco ita finit *Notter*: *Curiosus itaque existas. et in usum exercitando uertas. Si symphoniam habeas. satis tibi be regule diamphoni dabunt. De origine autem musice artis quia rudem lectorem uidimus, in primis tacuimus. quod exercitato iam. magisque scienti in finem tribuimus. Sed fallit promissor, proque hoc Capite Schemata VIII. *Tonorum* supra nominatorum adpingit.*

Praetextae sunt utrinque Codici, ut pluribus aliis *Montis Pomerii*, Membranae ab elegante manu Constitutiones quasdam ca-

Denis Codd. Theol. V. II. P. I.

pitulares *Cisterciensium* compendiae.

CCLXXII.

Codex membranaceus lat. Sec. R. 3487 XIV. Folior. 198. f. maj. per duas columnas multis uocum compendiis exaratus, rubro distinctus, et prius *Monasterii B. V. in Garsten* O. S. B. ad *Styram* super. *Austriae* continet sequentia: I. *Extractiones Librorum Dionysii dicti Areopagite*, sive *Commentarios* in eosdem *Thomae Abb. S. Andreae Vercellensis* O. Can. Reg. Sec. XIII. de quo adi *Pezii Dissert. Isag.* ad T. II. *Thef. Anecd.* P. 1. Extant hae *Extractiones* in *Editt. Opp. Dionysii Argent.* 1502. *Colon.* 1556. f. et aliis. Ineunt: *Cum in libris magni dyonisijs ariopagite geminam experirer difficultatem &c.* Sed post *Extractionem de ecclesiastica Hierarchia* in Codice sequuntur *Collektanea per dominum vercellensem. qualiter vita* pre-

H h

pre-